



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

233. feria 3. de mortificatione Oculorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

418 *Feria 3. Dom. 9. post Pentecost.*

MEDITATIO CCXXXIII.

Feria 3. Domin. 9. post Pentecosten.

De mortificatione Oculorum.

Vldebo constitutionem hominis interioris à compositione exterioris, præsertim oculorum, ut ait Tertull. Lib. de resurrect. carnis. *Facies intentionum omnium speculum est.* Petam eos moderari.

Conf. 1. Virtus requirit passiones sedatas. Igitur sensus moderatos, & imprimis oculos. *Non licet intueri, quod non licet concupiscere.* inquit D. Greg. Lib. 21. moral. cap. 2. Unde mihi major incumbit necessitas oculos spiritualiter erueri.

Conf. 2. Dominus **JESVS** quater tantum oculos sublevasse legitur. In monte docens Beatitates. In panum multiplicatione. In suscitatione Lazari. Et in cœna. Idem verò oculi toties sunt illacrymati, velati, sanguinei, emortui, & eversi, ideo Dominus ait S. Brigittæ: Lib. 1. cap. 11. *Propter reverentiam oculorum meorum, qui erant pleni lacrymis, & sanguinolenti, debent abstinere oculi tuos à delectabili visu.*

Conf. 3. Illius mortificationis oculorū. 1. Fœminas, juvenes, præcipuè formosos, & comptos, sine manifesta necessitate non videre. 2. Comœdias, & alia similia spectacula à profa.

1. a profanis hominibus data, non aspicere
2. Choreis, tripudijs, equorum curribus,
taurorum agitationibus, hastiludijs, cornea-
mentis, & alijs ludis theatralibus non adesse.
3. Libros impuros, aut vanos, vel ad solam
curiositatem editos, præsertim vulgares non
legere. 4. Divitum gazas, vasa aurea, & ar-
gentea, gemmas, & lapides pretiosos, secu-
larium ornamentis & usibus applicatos, cu-
riosè non contemplari. 5. Hominum nullam,
præcipuè virtute non insignium imagines,
ad vanitatem & superbiam effictas non con-
siderare. 6. Palatia, ædificia superba, quæ
Christus videre contempsit, amœnos hor-
tos, viridaria, & alia hujusmodi ad fastum, &
oblectationem potentum elaborata, non
solicite lustrare. 7. Cum aliquo eundem, sive
domi, sive foris subsequentes, vel hæc, seu
illac transeuntes leviter, & sine aliqua ne-
cessitate non aspicere. 8. Alterius conclave
ingressus, quæ sunt in mensa, aut alio loco,
curiosè non scrutari. 9. Oculos mihi solum
ad necessaria & utilia videnda concessos,
solum in res necessarias & utiles videndas in-
tendere, ut esca venatica plus placet

præ domestica; sic, qui se visu

vincit, magis placet

DEO.

S C

M E D I